

*Markgraf Friedrich (Tuto) von Landsberg eignet dem Kloster Nimschen die von demselben zum Theil durch Schenkung zum Theil durch Kauf erworbenen Zinsen von dem Dorfe Deutsch-(Groß-) Bothen nebst der vollen Gerichtsbarkeit und dem Patronatsrechte daselbst. Grimma, 1291 Febr. 7.*

- 5 *Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1343. Das wohlerhaltene Reitersiegel (Posse Siegel der Wettiner Taf. VI, 4) an Fäden von rother und gelber Seide.  
Gedr.: Francke Neue Beyträge 1,358. Hasche Magazin 6,387 f.  
Anm.: Vergl. No. 304. 306. Berthold Schmidt Urkundenbuch der Vögte von Weida 1,129.*

Fridericus dei gracia Misnensis Orientalis et de Landesbere marchio omnibus  
 10 presentes litteras inspecturis in perpetuum. Cum ea, que in tempore fiunt, | cum tempore  
 pariter corrumpantur et dissolvantur et propter diurnitatem cicius temporis operationes  
 humane ab hominum mentibus evanescant, necesse est et consilio hominis utiliter inven-  
 tum, ut ea, que rite et racionabiliter aguntur, ne in oblivionem futurorum perveniant, per-  
 hennentur patrocinio litterarum. Hinc est, quod un|versis tam presentis quam futuri evi  
 15 Christi fidelibus notum esse cupimus, quod, cum Henricus de Koldytz in monasterium  
 sanctimonialium in Nimschene iuxta Grimme ordinis Cysterciensis cum duabus puellis  
 eidem monasterio deo iugiter ad famulandum incorporatis sex talenta denariorum usualium  
 in villa Patin Thevtunica iuste et racionabiliter transtulerit et idem monasterium in eadem  
 villa similiter duo talenta annui census, quinque solidos denariorum et viginti septem  
 20 pullos dandos singulis annis iusto empcionis et vendicionis interveniente tytulo compara-  
 verit, nos ob reverenciam et honorem omnipotentis dei et gloriosissime matris sue virginis  
 Marie et anime nostre salutem proprietatem dictorum bonorum damus donamus et addi-  
 cimus dicto monasterio eam perpetuo cum dictis bonis ac iuribus suis, iudicio videlicet  
 pleno, iure patronatus ecclesie eiusdem ville Patin ac aliis pertinenciis suis, post liberam  
 25 resignacionem Henrici et Ottonis de Koldytz et Henrici de Wolkenbere, quorum intererat,  
 factam in manus nostras possidendam ex presenti nostra donacione liberaliter et tencen-  
 dam. Et ne super dicta nostra donacione proprietatis possit in posterum alicui dubietas  
 aliqua suboriri, in evidens testimonium diete proprietatis per nos tradite damus presens  
 scriptum sigilli nostri munimine roboratum. Datum et actum Grimme vii. idus februarii.  
 30 Testes huius sunt venerabilis dominus Henricus Mersburgensis episcopus, nobilis vir  
 Alber de Lyznic burgravius, Henricus advocatus de Plawen senior et Henricus filius  
 suus senior, Thymo Knut, Theodoricus Pubts, Vlricus de Maltycz, Thylo de Hunesbere,  
 Henricus de Kyrehdorf, Apetz et Cunradus milites de Luppe, Henricus de Slathe-  
 bach et Cunradus de Rydeburg nec non plures alii fide digni. Anno autem domini  
 35 millesimo ccc lxxxxi dedimus presens scriptum.

(S.)